



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

XXVI. Das Domcapitel zu Havelberg beurkundet, daß Conrad von Buch, Probst zu Seehausen, dem Domcapitel zu Havelberg und dem Stifte St. Nicolai zu Stendal gemeinschaftlich eine Hufe Landes bei ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54314)

rem presentes literas appensione nostrorum sigillorum vnanimiter fecimus communiri. Datum anno domini M^o. CCC^o. LXIII^o. in octava corporis cristi.

Nach dem Original des K. Geh. Ministerial-Gesamt-Archives.

XXVI. Das Domcapitel zu Havelberg beurfundet, daß Conrad von Buch, Probst zu Seehausen, dem Domcapitel zu Havelberg und dem Stifte St. Nicolai zu Stendal gemeinschaftlich eine Hufe Landes bei Seehausen zu seiner Gedächtnißfeier hinterlassen habe, im Jahre 1370.

In Nomine domini Amen. Nos Conradus dei gratia prepositus, Conradus Prior Totumque capitulum Ecclesie Havelbergensis. Ad noticiam uniuersorum Christi fidelium cupimus pervenire. Quod honorabilis vir, Dominus Conradus de buck, prepositus in sehusen pie memorie, quendam mansum cum proprietate situm ante oppidum sehufen, quem prius possedit Henricus Hlanduvel, comparavit, De quo annuatim sex marce stendaliensis argenti solvuntur. Cujus unam medietatem capitulo nostre ecclesie havelbergensis Pro sollempni memoria in vigiliis, missis, Commendacionibus ac aliis piis operibus, ter in anno, scilicet in anniversario ejus, videlicet In crastino Beati Thome apostoli et in secunda feria proxima post octavas pasche, necnon In die beati Panthaleonis martiris, perpetuis temporibus in Ecclesia nostra havelbergensi habenda, Reliquam vero medietatem dicti mansi Capitulo sancti Nicolai in stendal legavit canonice pro testamento, sub hac forma, Quod nos Conradus, dei gratia prepositus Ecclesie havelbergensis antedictus, vel qui pro tempore fuerit, de fructibus medietatis dicti mansi, scilicet tribus marcis argenti, pro luminaribus in dictis memoriis utendis tantum decem solidos annuatim percipiamus, Reliquam vero partem fructuum domini nostri canonici in memoriis memoratis saltem presentes percipiant. Si vero, quod absit, in observacione sollempnis memorie trine fuerimus negligentes, Extunc dictis fructibus quousque dignum duxerimus eam ut praemissam est peragere carebimus, Et honorabiles viri domini Canonici stendaliensis Ecclesie ipsos percipient ipsam trinam memoriam sollempniter peracturi in temporibus preexpressis. Ad que omnia et singula premissa Nos et nostros successores benivolis animis, habito super hoc sollempni tractatu capitulari, sponte obligamus, Ea nichilominus honorabilibus viris dominis canonicis sancti Nicolai in stendal bona fide presentibus promittentes. In cujus rei Evidens testimonium et Robur firme observacionis predictorum sigillum nostri Capituli ex certa nostra scientia presentibus est appensum. Datum anno domini M^o. CCC^o. LXX^o. sabbato infra octavas Epyphanie domini, presentibus discretis viris et dominis, domino Johanne de lubeke altarisita in havelberghe et domino Martino kuver clerico in wyzstock et Thyderico sluter, Ottone de wardenberghe et Johanne palnytze et quam pluribus aliis fide dignis.

Nach einer vom Professor Dr. Hildebrandt mitgetheilten Abschrift des im Breslauer Universitätsarchive beruhenden Originals.

XXVII. Bischof Otto von Havelberg consecrirt den Hochaltar der Domkirche, im Jahre 1411.

Nos Otto, dei gratia Havelbergensis Ecclesie Episcopus, presentibus publice recognoscimus, quod sub anno domini millesimo quadringentesimo undecimo, die dominica infra octavas